



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Imperator Fredericvs semper Augustus, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A perstitionis sua scelerata latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italia finibus, præsertim à partibus Lombardia, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare, iamque usque ad Regnum nostrum Siciliæ, sua perfidia riuulos deriuant. Quod acerbissimum reputantes: Statuimus in primis, ut crimen hæreses, & damnata scœta cuiuslibet, quoconque nomine censeantur sceleratores, (prout veteribus legibus est indicatum) inter publica crimina numerentur: immo criminis laesa Maiestatis nostra debet ab omnibus horribilior iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur, attenuatum, quamvis iudicij potestate, alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas admittit damnatorum, & bona; & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimen, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruati. Et ut ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente, inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquirent; ac Inquisitione notatos, et si leuis superstitionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos si inuenient fuerint à fide Catholica salutem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseverent, præsentis nostra legis editio damnatos, mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quoquaque nomine censemus, quem affectant: ut vivi in conspectu hominum comburantur, flammatur commissi iudicio. Ne dolemus quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat; quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aeuleos non immerito convertemus. Datum Padua xxij. Februarij, xij. Indictione.

I M P E R A T O R F R E D E R I C V S
semper Augustus, &c.

PATARENORVM receptatores, & complices, & quoconque modo fautores, qui ut à pœna alios possint eximere, de se velut improdi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifestè probatur, in fidei præmium quam agnouit, fama pristinæ de imriali clementia, restitutionis beneficium in integrum consequatur.

I N C I P I V N T C A P I T V L A C O N S T I T U T I O N I S
contra Patarenos edita per dominum Fredericum, illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ Regum.

CATAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Garatenses, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos Commixtos, Valdenses Roncarolos, Communellos, Varinos, & Ortholenos, cū illis de Aquanigra, & omnes hereticos vtriusque sexus quoquaque nomine censeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus atq; ban nimus, clementes ut bona talium confundantur, nec ad eos ulterius revertantur: ita q; filii eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius æternæ, quam temporalē offendere maiestatem. Qui autem inuenient fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesie, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames, & banniti ab omnibus habeantur, ita quod si per annum permanferint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc editio in perpetuum valituro, ut Potestates, & Consules, seu Rectores, quibuscumque fungantur officijs, pro defensione fidei præstant publicum iuramentum, quod de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hereticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit, in perpetuam Potestatem, vel temporalem assumpitus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro Potestatis, neque pro Cöfis, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias extunc decernimus inutiles, & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab heretica præitate, post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupadæ: qui eam, exterminatis hereticis, absque vila contradictione possideant, & fidei puritate conseruent; falso iure domini temporalis: dummodo super hoc nullum præster obstaculum, nec aliquid impedimentum apponat: eadem nihilominus lege seruata: contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hereticorum bannimus, Statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contemplerit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimoniū admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad hereditatis